



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Quæ in præsentia Dei formanda observati debeant.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

Quae in praesentia Dei formandâ observari debeant.

Verum ne dum praesentia Dei ad hunc modum concipitur & formatur, periculum in errorem Antropomorphitarum incidendi incurratur, qui, ut narrat Cassianus obstinatâ quâdam perversitate in mente suâ, nostra sibi lineamenta & sub humanâ specie immensam & simplicissimam Deitatis substantiam formabant; corrigenda est per intellectum imaginatio, & actus fidei si non expressè, saltem tacitè & virtualiter eliciendus, intra semetipsum protestando, Deum non esse talem, qualem illa sibi fingit, sed ita

repræ-

repræsentari , vel quia quibusdam eâ formâ apparuit, vel quia in sacris litteris hominibus ita descriptus & repræsentatus fuit, vel denique quia res spirituales comprehendi non possunt , nisi ad similitudinem corporalium ab his , qui dependenter à phantasmatis materialibus operantur. Prætereâ advertere debet qui bene meditari desiderat, plurimum huc conferre, si quam vivacissimè Deum sibi præsentem apprehendat , & cum Psalmistâ laboret, ut , quantum fragilitas humana patitur , omnis ejus meditatio in conspectu Dei firmetur, expedietque singularem diligentiam huic actui impendere,

donec

donec habitu jam comparato facilitatem experiatur, neque tamen eodem semper vultu illum sibi proponet, verum pro varietate materiae, modo benignū atq; amabilem, modo austerum ac terribilem, modo facilem ac flexibilem, ut cum divina Majestate institui possint colloquia diversimodè, & meditationi proportionata.

Actus post Constitutam Dei praesentiam exercendi.

Formata Dei praesentia uno ex praedictis modis reflectere animum ad suā indignitatem poterit, atque in seipso sanctum quendam ac reverentialem timorem, excitare, ad eū finem aliquid

ex fa-